



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. De dismembratione beneficiorum Ecclesiasticorum, & requisitis ad
illam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

temporalibus Vicariis, ex lib. 1. Decretal. 28. jam patent.

§. V.

De dismembratione beneficiorum Ecclesiasticorum, & requisitis ad illam.

Dismembratio, sive quod idem est, diminutio beneficii, tum censetur fieri, quando pars bonorum v. g. diviti valde beneficio auferatur, & alteri v. g. tenues redditus habenti, vel fabricæ Ecclesiæ applicantur; hanc ex justa causa posse facere Episcopum ex c. Avaritia 10. h. 2. à contrario sensu colligitur: & si dismembratio talis fiat, beneficio non vacante, ad petitionem sive instantiam ipsius Rectoris adhuc superstitis, neque Ecclesiæ talis sit collegiata, aut incorporata Conventuali, aut Collegiata Ecclesiæ, sola auctoritas Episcopi, vel ordinarii, requiritur, ad eam faciendam, si tamen Collegiata sit, aut tali incorporata, debet etiam haberi consensus Collegii, & si Episcopus eam faciat ex motu proprio, præter justam causam, requiritur etiam consensus Capituli Cathedralis, tanquam solemnitas aliqua necessaria, ad hanc quasi alienationem faciendam. Rectoris verò Ecclesiæ dismembrandæ in tali casu consensus non requiritur, ut necessaria solemnitas, sed præcisè tanquam ejus, cujus interest, ita, ut invito etiam hoc, si necessaria videatur, dismembratio fieri possit.

§ * §

§. VI.

An, & quo pacto beneficium Ecclesiasticum dividi possit, seu scilicet in duo vel plura?

Dividi, sive secari beneficium dicitur quando ex uno fiunt duo, vel plura etiam beneficia, ita ut jam sint duo, vel plura, non nunc unum, ut si unum nunciatum, duæ Ecclesiæ Parochialis, duæ Capellaniæ, &c. ubi prius una fuerat. Et quamvis hæc beneficiorum divisio in Concilio Turonensi facta in c. Majoribus 8. h. 1. prohibita sit, fatentur tamen omnes, prohibita tantum fuisse, ne fieret sine iusta & rationabili causa (ad cavendam odiosam Ecclesiæ status mutationem) hinc in c. Vacante 26. h. 1. conceditur Episcopis, quòd ex justa & rationabili causa possint unam præbendam dividere in duas, modò quælibet sit sufficienti congruam sustentationem præbentium, quòd si tamen post factam divisionem redditus non sufficienter, ad hoc utriusque beneficiati, de novo sortiri, sustentationem, obligatur Episcopus ad integrandas præbendas, ut portio aliqua ex beneficiis ab integrandis, cum vacaverint, detrahaatur, & illis illis adiciatur; vel si hoc, aut simili modo juvare beneficiati non possit, tenebitur ex mensura sustentatione sufficiente illis præbenda, si illegitimè divisionem faciendæ, culpa fuit. Neque tamen in eo sensu beneficia possunt, ut ad unum beneficium, quod unum manet, duo beneficiati simul recipiantur, quòd patet in c. Dilecto 25. h. 1. cum dicitur